



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An liceat sacerdoti fructus Sacrificij dividere. n. 114.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

dubie operatur actualis quam habitualis : Cum ergo hæc cum illa non consistat , illa cedat, est necesse. Ad rationem dubitandi. &c. Ex ea tantum sequi, quod, si Sacerdotis menti occurrisset hesternæ intentio, debuisset eam præponere hodiernæ.

CONFERENTIA XXXI. 114.

Vasq. 3. p. dist. 121. e. 6. docet, fructus Sacrificij non posse separari ab invicem : Unde quæritur, an liceat Sacerdo. i eos aliquando dividere.

RESOLUTIO : De facto per sæpe contingit separari fructum satisfactorium à merito : patet, nam quando offers Sacrum pro existente in peccato mortali, prodest illud ei quoad vim impetrandi, at non quoad vim satisfaciendi, neque enim remittitur pœna peccatis debita, nisi prius remissa culpa, cur ergo idem non liceat intentione Sacrificantis ? & vel maxime quando non habet obligationem celebrandi, vel etiam, si jubearis à Superiore offerre Sacrificium in gratiarum actionem pro aliquo beneficio à Deo obtento ; potes utique idem Sacrificium quoad fructum satisfactorium pro aliis vivis & defunctis offerre, illis v. g. pro quibus Sacrum hebdomadarium offerre debes.

Ad quid licet in casu, quo obligaris facere Sacrum ex Justitia pro stipendio accepto, ad certam aliquam intentionem, tunc certe to-